



RESERVADO

1753


B. N. L.

D


Alvord
13-8-87

2177

Res
1753







Inca p[ro]p[ri]a d[omi]ni leg. dist[ri]cti.
Epistolarum Selectarum
Ciceronis, Libri. 3.



L
1
13

Quæ obperspicuitatim sententiæ
& rerû varietatē, literarijs ludis
congestæ sunt, & distinctæ

Excudebat Marcus
borgius

Cum licentia, Impræsę sunt.

Ulisiponæ M. D. LXVI.



M. T. Cicero

TERENTIÆ.

S. P. D.

Famil. lib. 14. Epistol. 22.

SI vales, bene est, ego valeo. Nos quoti-
die tabellarios vestros expectam⁹ qui
si venerint fortasse erimus certiores,
quid nobis faciendum sit, faciemus te
statim certiozem. Valetudniem tuam
cura diligenter. Vale. Cal. Septem.

M. T. C. Terentiæ. S. P. D. F. 14. 21.

SI vales, bene est, ego valeo. Da operam vt cō-
ualescas: qđ opus erit, vt res tempusq; postu-
lat provideas, atque administres, & ad me de omni-
b⁹ reb⁹ quam sæpissimé literas mittas. Vale

M. T. C. Terentiæ SP. D. Fa. 14. 8.

SI vales, bene est, ego quidem valeo. Valetudi-
nem tuam velim cures diligentissimé. Nam
mihi: & scriptura & nūciatū est, te in febrim subi-
to incidisse. Qđ celeriter me fecisti de Cæsaris lite-
ris certiorē fecisti mihi gratum. icē post hac si quid
opus erit, si quid acciderit noui, facies vt sciam. Cu-
ra vt valeas. Vale, datam. 4. nonas iunias.

M. T. C. Terentiæ. S. P. D.

Fa. lib. 14. Epist. 24.

PRIMVS

SI vales, bene est, valeo Nos nec de Cæſeris ad-
uētu, neque de literis, quas Philotim⁹ habere
dicitur, quicquam adhuc certi habemus. Si quid e-
rit certi, faciam te ſtatim certiorē. Valetudinem tu-
am fac vt cures. Vale. 3. idus Sextilis.

M. T. C. Terentię. S. P. D. Fa. lib. 14. Ep. 23.

SI vales, bene est, valeo. Redditæ mihi iam tā-
dem ſunt à Cæſare literę ſatis liberales, & ip-
ſe opinione celerius venturus eſſe dicitur. Cui vtrū-
obuiam procedam, an hic eum expectem, cū cōſti-
tuoero faciam te certiorē: tabellariis mihi velim
quamprimum remittas, Valetudinem tuam cura
diligenter. Vale. prid Cal. Sex.

M. T. C. Terent. S. P. D. Fa. 14. 17.

SI quid haberem, quod ad te ſcriberē, facerem
id, & pluribus verbis, & ſæpius. Nunc q̄ ſunt
negocia vides. Ego autē quomodo ſim affectus ex
Lepa, & Trebatio poteris cogere. Tu fac, vt tuā
& Tullix valetudinem cures. Vale.

M. T. C. Teren. S. P. D. Fa. libr. 14. Ep. 15.

SI vales, bene eſt, valeo. Conſtitueram⁹, vt ad
te antea ſcripſeram, obuiam Ciceronē Cæſa-
ri mittere. Sed mutauimus cōſilium, quia de illius
aduentu nihil audiebam. De cæteris rebus & ſi ni-
hil erat noui, tamē quid velimus, & quid hoc tēpo-
re putemus opus eſſe, ex Sicca poteris cognoſcere
Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam
cura diligenter. Vale. 12. Cal. Quin.

LIBER

M. T. C. Terentiæ. S. P. D. Fa. 14. 16.

IN maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tullia uostræ. De qua nihil est. qđ ad te plura scribam: tibi enī æque magnæ curæ esse certo scio. Quod me proprius vultis accedere, video ita esse faciendum: etiam ante fecissem, sed me multa impediunt quę ne nunc quidē expedita sūt. Sed apōponio expecto literas quas ad me q̄ primū perferendas cures uelim. Da operam ut valeas.

M. T. C. Terentiæ. S. P. D.

Fam. lib. 14. Epist. 12.

QUOD uos in Italiam saluos venisse gaudeo, perpetuo gaudeas uelim. Sed perturbati dolore animi, magnisque iniurijs, metuo ne id cōsiliū cepimus, quod non facile explicare possimus. Quare quantum potes adiuua, Quid autē possis, mihi in mentem nō venit, in uiam quod te de hoc tēpore nihil est, & longum est iter, & non tutum. Et non video quid prodesse possis, si ueneris. Vale. Datum pridie nonas Nouemb. Brudusij.

M. T. C. Terentię. S. P. D.

Fam. lib. 14. Epist. 11.

SI uales bene est, valeo. Tullia nostra venit ad me pridie idus Iunij, cuius sūma virtute & singulari humanitate, grauiore etiam sum dolore affectus, nra factum esse negligentia, ut longe aliam in fortuna esset, atque eius pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo Ciceronē ad Cæsarē mi

PRIMVS

tere, & cum eo Gn. Salustium. Si pfectus erit, faci
am te certiorē. Valetudinem tuam diligenter cura
Vale. xiiij. Calen. Quintil.

M. T. C. TIRONI. S. P. D.

Famil. lib. 16. Epist. 2.

SEptimum iam diē Corcyræ tenebamur. Q.
antē pater, & filius Butroti solliciti eramus de
tua valetudine mirum in modum: nec mirabatur
nihil à te literarū, his enī ventis istine nauigatur,
qui essen nos Corcyræ nō sederemus. Cura igitur
te & cōfirma, & cum cōmode. & per valetudinem,
& per anni tempus nauigare poteris: ad nos aman
tissimos tui veni. Nemo nos amat qui te nō diligit
Charus omnibus, expectatusque venies: Curāt va
leas. etiam atque etiam Tiro noster. Vale. 25. Cal.
Nonemb. Corcyræ.

M. T. C. Tironi. S. P. D.

Famili. 16. Epist. 4.

Non queo ad te, neclubet scribere, quo ani
mo sim affectus, tamē scribo, & tibi & mi
hi maxime voluptati fore, si te firmē quā primū vi
dero. Tērtie diē abs te ad Aly: iam accesseram⁹. is
locus est citra Leucadē stadia .C. xx. Leucade aut
te ipsum aut tuas literas à Marione putabā me ac
cepturum. Quantū me diligistantum fac vt valeas
vel quantū te à me suis diligi Nonis Nouē. Alyzia

C. Filius Tironi. S. P. D.

Famili. lib. 16. Epist. 25.

LIBER

ET si iusta, & idonea vltus es excusatione intermissionis literarū tuarū, tamē id ne sæpi⁹ facias, rogo. Nam & si de Reipublicæ rumoribus & nuncijs certior fio: & de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater, tamen de quauis minima rescripta à te ad me epistola semper fuit gratissima. Quare cum in primis tuas desiderem literas, noli eōmittere: vt excusationem potius, expleas officij scribendi, quam assiduitate literarum. Vale.

M. T. C. Seruio Sulpitio

S. D. P. Fa. lib. .13. Epist. 26.

HAgessaretus Larissæus magnis meis beneficijs ornat⁹ in consulatu meo memor, & gratus fuit, meque postea diligentissime caluit. Eum tibi magnopere commendo vt & hospitem meum & familiarem meum: & gratum hominem, & virum bonum: & principem ciuitatis suæ: & tua necessitudine dignissimū. Pergratū mihi feceris, si dederis operā, vt intelligat hanc meā cōmendationē magnum apud te pondus habuisse. Vale.

M. T. C. TREBATIO

S. D. Fam. 7. 19.

EPistolam tuam, quam accepi ab L. Aruncio conscidi innocentē: nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi posset, sed & Arūci⁹ ita te mandasse aiebat: & tu ad scripseras. Verum illud esto: nihil te ad me postea scripsisse demiror: præsertim tam nouis rebus. Vale.

PRIMVS

M. T. C. Q. Val. Q. Fil.

S. D. Fam. lib. 13. 7.

PVB. Cornelius, qui tibi has literas reddit, est mihi á P. Cuspio cōmēdatus, cuius causā qñ to opere cuperem, deberemq: profecto ex me facile cognouisti. Vehementer te rogo, vt cures vt ex hac cōmendatione mihi Cuspius quam maximas, quam primū, quam sepiissime gratias agat.

M. T. C. S. P. C. Memmio

Fami, lib 13. Epist. 3.

Avlum Fulium vnū ex meis intimis obseruantissimum, studiosissimumq3 nostri, eruditū hominem & sūma humanitate, tuaq3 amicitia dignissimum velim ita tractes, vt mihi coram recepisti Tam mihi gratum erit, quam quod gratissimum ipsum præterea summo officio, & summa obseruātia tibi imperpetuum deuinxeris. Vale.

M. T. C. S. D. Cornificio

Fam. lib. 12. Epist. 26.

Sextus Aufidius & obseruantia, qua me colit accedit ad proximos & splendore equiti Ro. nemini cedit. est autem ita temperatis, moderatis, que moribus. vt summa seueritas summa cum humanitate iungatur. Cuius tibi negocia que sunt in Africa, ita commendo: vt maiore studio, magis vè ex animo commēdare non possim. Pergratum mihi feceris, si dederis operam: vt is intelingat meas apud te literas maximum pondus habuisse,

A iij

LIBER

Hoc te vehementer mi Cornifici rogo. Vale.

CICERO BASILIO. S. Fa. 6. 15.

Tibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tuor
âte amari, & quid agas, quidque agatur cer
tior fieri volo. Vale.

D. BRVTVS IMP. Tul. C

S. P. D. Famil. 11. 4.

Side tua in me voluntate dubitarem, multitis à
te verbis peteré, vt dignitatem meam tuerere
leu, p̄fecto est ita, vt mihi p̄suasi, me tibi esse curæ.
Progressus sum ad Transalpinos cum exercitu, nō
tam nomē captans imperatoriū, quam cupiens mi
litib. satisfacere, firmosq; eos ad tuendas n̄as res
efficere, qd̄ mihi videor cōsecutus: nā & liberalita
tē nostram, & animū sunt experti: cum omniū bel
licosissimis bellum gessi, multa castella cepi, multa
vastavi. Nō sine causa ad senatum literas misi. Ad
iuua nos tua scētētia, qd̄ cum facies ex magna par
te cōmuni cōmodo inleruieris. Vale.

M. T. C. SERUIO SVLPITIO.

S. P. D. Fam. 13. 21.

Ascla pone Patrēsi medico vtor valde familia
riter eiusq; tū cōsuetudo mihi iucunda fuit
tū etiam ars, quam sum expertus in valetudine me
orum. in qua mihi tū ipsa scientia, tū etiam fideli
tate, b̄nevolētiaq; satisfecit. Hūc igitur cōmendo,
& à te peto vt des operā vt intelligat, diligēter me
scripsisse de se meāq; cōmendationem vsui magno

PRIMVS

sibi fuisse. Erit id mihi ve hementer gratū. Vale.

M.T.C. APPIO S.P.D. F.10.29.

DE meo studio erga salutē, & incolumitatē tuam, credo te cognoscere ex literis tuorū quib⁹ me cumulātissime satisfecisse certo scio: nec his cōcedo, quamquam sunt singulari in te bñeuolentia, vt te saluū malint, quam ego. Illi mihi necesse est cōcedant, vt tibi plus quam ipsi hoc tēpore pdesse possim, qđ quidē nec destiti facere, nec desistam, & iam in maxima re feci, & fundamēta ieci salutis tuę. Tu fac bono animo manoq3 sis, me que tibi nulla re de futurū esse cōfidas. Pridie Nonas Quintileis. Vale.

M.T.C. M. MARIO. S.D. Fa.7.4.

AD. ix. Cal. Iulias in Cumanum veni cum Libone tuo, vel nostro potius, in Pōpeianum statim cogito. Sed faciam te ante certiore. Te cum semper valere cupio, tū certe, dum hic sumus: vides enī quanto post vna futuri sumus. Quare si qđ cōstitutū cū podagra habes fac in aliū diem differas. Cura igitur, vt valeas & me hoc biduo, aut triduo expecta. Vale

CICERO PLANCO IMP.

Conf. Desi. S.P.D. F.10.14.

O Gratam famā biduo ante victoria, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copijs, atq3 etiā hostib⁹ fuis, spes omnis in te est. Fugisse enī ex p̄lio Mutinensi dicuntur notissimi latrum

LIBER

duces. Est ENIM nō minus gratū extrema delere quam prima depellere. Equidem expectabam iam tuas literas idque cum multis: sperabamque etiam Lepidum temporibus admonitum, tecum & Reip. satis esse facturum. in illam igitur curam incubemi Placeo: ut ne qua scintilla teterrī mi bellī relinquatur. Quod si erit factum, & Rep. diuino bñeficio affeceris & ipse eternā gloriā cōsequere, Tertio idus Maij. Vale.

M. C. PAPHYRIO

pato S. P. D. Fa. 9. 23.

Heri veni in Cumanū, eras ad te fortasse. sed cū certum sciam, faciam te paulō ante certiorum. Et si Marc⁹ coparius, cum mihi in Sylua Gallinaria obuiam venisset: quæsissemq; quid ageres dixit te in lecto esse, quod expedibus laborares, tu si scilicet moleste ut debui, sed tamē constitui ad te venire, ut & viderem te, & vīserem, & cenarem etiam. Non enim arbitror cocum etiā Archricū habere. Expecta igitur hospitē cum minime ædacē, tū inimicum cænis sumptuosus. Vale.

M. CICERO. S. D. C. N.

Planco. Fa. 4 15.

Accepi per breuē tuas literas, quib⁹ id, quod scire cupiebam, cognoscere nō potui, cognoui autē id, quod mihi dubiū nō fuit. Nā quā fortiter ferreis cōmuneis miseras, nō intellexi, quam me amares facile p̄spexi, sed hoc scierā, illud si scissem

PRIMVS

ad id meas literas acōmodassem. Sed tamē & si ante á scripsi quæ existimaui scribi oportere, tamē hoc tempore breuiter cōmonendum putauī ne quo periculo te proprio existimares esse, in magno ōnes sed tamen in comuni sumus. Quare non debes aut propriam fortunam, aut præcipuam postulare aut communem recusare. Quapropter eo animo sim⁹ inter nos: quo semper fuimus. Quod de te sperare de me præstare possum. Vale.

CICERO DOLABELLÆ.

S. D. Fa. 9. 12.

Gratulor Baijs nostris, si quidē, vt scribis, salubres repētē factæ sunt nisi forte te amāt, & tibi assentantur, & tam diu, dum ades sunt oblītæ sui quæ quidē, si ita est minime miror, cælū etiā & terras vim suam, si tibi ita conueniat, dimittere. Oratiunculā pro Deiotaro, quam requirebas habebam mecum, quæ nō putarā. Itaque eam tibi misi, velim sic legas. vt causam tenuē, & inopem, nec scriptiōnē magnopere dignā: sed ego hospiti veteri & amico munusculū mittere volui leuidentē, crasso filio cuiusmodo ipsius solent esse munera. Tu velim animo sapienti, forti que sis, vt tua moderatio, & grauitas aliorū infamet iniuriam. Vale.

M. T. C. imp. M. Cælio ædili

Curuli. §. p. D. Fa 2. 134

Fabio viro optimo, & homine doctissimo familiarissime vtor, mirificeque eum diligo-

LIBER

cūm ppter summū ingenium eius summāq; doctrīnam, tum ppter singularē modestiam eius: negocium sic velim suscipias, vt si esset res mea: noui ego vos magnos patronos, hominē occidat oportet q̄ vestra opera vti velit, sed in hoc homine nullam accipio excusationem omnia relinques, si me amabis cum tua opera. Fabius vti volet. Ego res romanas vehementer expecto, & desiderio, imprimisque quid agas scire cupio, nam iandiu ppter hyemis magnitudinē nihil noui ad nos offerabatur. Vale

C. TREBATIO. S. P. D. Fa. 7. 23.

I Lusitana heri iter scyphos, quod dixerā cōtrouersiam esse, posset ne heres, quod furtum a te factum esset, recte furti agere, itaque & si domū hñe potus, seroq; redieram, tamē id caput, vbi hęc cōtrouersia est, notauī, & de scriptum tibi nisi, vt scires id, quod tu neminem sensisse dicebas. Sextū Helium. M. Marcilium. M. Brutum sensisse. Ego tamen Scæuolę, & teste assentior. Vale,

M. T. C. D. Bruto imp. S. P. D. Fa. 11. 15.

E T si mihi tuę literę iucundissimę sunt: tamē iucūdius fuit, quod insūma occupatione tua Planco colligę mandasti, vt te mihi per literas excusaret, quod fecit ille diligenter: mihi autē nihil amabilius officio tuo & diligentia. Cōiunctio tua cū collega cōcordisq; vestra, quę literis omnib; declarata est, S. S. Q. R. gratissima accidit. Quod sup̄ est, perge mi Brute & iā ne cū alijs sed tecū ip-

PRIMVS

se certa. Plura scribere non debeo, præsertim ad te quo magistro breuitatis vti cogito. Literas tuas vehementer expecto & quædæ tales quales maxime opto

M. CICERO. T. FVRVANO

Prætori S. D. Fa. 6. 9.

CVM A. Cæcinnæ tanta mihi familiaritas cõsuetudoque semp̄ fuit, vt nulla maior esse possit nam & patre eius claro homine, & forti viro plurimũ vti sumus & hunc a puero quod & spẽ mihi magnam afferebam summæ probitatis, sumæ eloquẽtię: & vivebat mecum cõiunctissime nõ solum officijs amicitie, sed etiam studijs cõmunibus, sic sepe dilexi, vt nõ vllò cum homine cõiunctius viverem Nihil attinet me Plura scribere, quod mihi necesse est eius salutem: & fortunas quib⁹cunque reb. possim tueri, vt vides: Reliquũ est vt cum cognorũ pluribus rebus, quod tu, & de bonorum fortuna & de Reip. calamitatibus sentires, nihil à te petam, nisi vt ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinnam habiturus esses, tantus cumulus accedat cõmendatione mea quanti me à te fieri intelligo Hoc mihi gratius facere nihil potest Vale

M. T. C. CORNIFICIO COL.

legæ S. Fa. 12. 20.

GRATE mihi tuæ literę, nisi quod sinuessanũ diuersoriorolum cõtempnisti Quam quædæ cõtumeliam villa pusilla iniquo animo ferret, nisi in Cumanò: & Põpeiano reddieris. sic igitur facies

LIBER

meq; amabis, & scripto aliquo laceffes. Ego enī res pondere facilius possum, quam pronocare. quod si vt es, cessabis, laceffam, nec tua ignauia etiam incertiam afferet. Plura ociosus. Hæc cum essem in senatu exarraui. Vale.

M. T. C. CORNIFICIO. S. D.

Fami. 12. 21.

CAius Anitius familiaria meus, vir omnib⁹ rebus ornatus, negotiorū suorū causa legatus est in Africam legatione libera, eū velim rebus omnibus adiues operamq; des vt quā cōmodissime sua negocia cōficiat. In primisq; qd^r ei charissimū est, dignitatē eius tibi cōmēdo. Idq; à te peto qd^r ad ipse in prouincia facere sum solitus nō rogat⁹, vt omnib⁹ senatorib⁹ lictores darē. quod idē acceperā & id cognoueram à summis viris factitatū. Hoc igitur mi Cornifici facies: certisque rebus omnibus eius dignitati, reique, si me amas, cōsules. Id erit mihi gratisimum. Da opepau, vt valeas.

M. T. C. C. Cassio. S. P. D. Fa, 12. 9.

Breuitas tuarum literarū me quoq; breuiorē m inscribēdo facit, & vere vt dicam, nō satis occurrit, qd scribā. Nostras enim res in actis perferri ad te certo scio: nihil perferatur ad nos: præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem cōstantes: sed adhuc sine authore. Nos cōfectum bellum cū putaremus, repente à Lepido tuo in summam sollicitudinem adducti sumus. Itaque persua-

PRIMVS

ade tibi maximū Reip. spem in te, & intuis copijs esse. Firmos omnino exercitus habemus, sed tamē vt omnia, vt spero, prospere procedant multum interest te viuere. Exigua est enim spes Reipublicæ. nam nullam non libet dicere, sed quecunq; est, ea despondetur anno consulatus tui. Vale

M. T. C. Acilio Proc. S. P. D. Fa. 13. 21.

Lvcius Manlius est Sosus, is fuit Catinēsis, sed est vna cū reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus. Decurioq; Neapoli. Erat enī ad scripturam in id municipium, ante ciuitatem socijs, & latinis datam. Eius frater Catinæ nuper mortuus est, nullam omnino arbitramur de ea hæreditate cōtrouersiam eum habiturū. Et est odie in bonis. Sed quoniam habet præterea negotia vetera in Scicilia sua, & hanc hæreditatem fraternam, omnia eius tibi cōmendo. Imprimisque ipsum virum optimū, hique familiarissimum his studijs literarum, doctrinaque præditum, quibus ege maxime delector. Peto igitur abste, vt eum siue aderit, siue nō venerit in Sciciliam, in meis intimis, maximeque necessarijs scias esse. Itaque tractes, vt intelligat meam cōmendationē sibi magno adiumento fuisse. Vale.

M. T. F. ET CICERO

Tironi Humanis. & Opt.

Vide quanta in te sit suauitas, duas horas Thyrei fuimus Xenomenes hospes tam te diligit

LIBER

quam si vixerit tecū. Is omnia pollicitus est, quæ tibi
 esset opus, facturū puto, mihi placebat. si firmior
 esses ut te Leucadē deportares: ut ibi, te plane cōfir-
 mares: videbis quid Curio, quid Lyloni, quid Medi-
 do placeat. Volebam ad te Marionē remittere quæ
 cū meliuscule tibi esset, ad me mitteres sed cogita-
 vi vnas literas. Marionē afferre posse, me aut cre-
 bras expectare. Poteris igitur & facies, si me diligis
 ut quotidie sic Acastus in portu. Multi erunt quibus
 recte literas dare possis, qui ad me libenter perfe-
 rant. Et quidē Patras euntē neminē prætermittā
 Ego omnē spē tui diligenter curandi in Curio ha-
 beo, nihil potest illo fieri humani, nihil nostri amā-
 tius. Ei te totū trade. malo te paulo post valentē
 quam flatū, imbecilē videre. Cura igitur nihil aliud
 nisi ut tu valeas, cætera ego curabo, etiā atq; etiā
 vale. Leucade proficiscens. Septi. idus. Nouem.

M. T. EL. CT. Q. ET. Q. FIL.

TIRONI. S. Fa. 16. 7.

Tertiam ad te hanc epistolam scripsi eadem
 dis magis instituti mei tenēdi causa quia na-
 t^{er}eram, cui darē, q̄z quod haberē qd scriberem. Igi-
 tur illa quātū me diligis tantū adhibe inte diligen-
 tiæ: adtuā innumerabiliam in me officia, adde hoc,
 quod mihi erit gratissimū ōnium, cum valetudinis
 rationē: ut spero, habueris habeto etiā navigatio-
 nis. In Italiā euntibus omniibus ad me literas dabis ut
 ego euntē Patras neminē prætermitto. Cura te mi

PRIMVS.

Tiro, quando nō contigit, vt simul nauigares nihil est, quod festines, nec quicquam cures nisi vt valeas, etiā atque etiam vale. Sept Idus Nouēbris.
Acto.

M. T. C. TIRONI. S. P. D. F. 19. 12.

EGo verò cupio te ad me venire, sed viā timeo gravissimè ægrotasti: inedia & purgationibus & vi ipsius morbi cōsumptus est. Graues solēt offensiones esse ex gravibus morbis, si qua culpa cōmissa est. Iā ad biduū, qd' fueris in via, dū in Cumanam veneris, accedent cōtinuō ad reditū dies quinque. Ego in Formiano ad tertiū. Cal. esse volo ibi te vt firmū offendam, mi Tiro effice. Literulæ meæ siue nostræ tui desyderio oblanguerūt. Hac tamen epistola quā Acastus attulit, oculos paululū sustulerūt. Pōpeius erat apud me, cū hæc scribebā hilarè & libēter ei cupienti audire nra: dixi sine te omnia mea muta esse. Tu musis nostris para vt operas reddas, nostra ad diem dictam fient: docui enim te, si des quod haberet. Fac plane vt valeas, nos adsumus
Vale. 14. Calend. Ianuarii.

M. T. C. CVRIONI. S. P. D. F. 2. 3.

Epistolarum genera multa esse nō ignaras: sed vnū illud certissimū, cuius causā inuenta res ipsa est, vt certiores facerem⁹ absenteis, si quid esset quod eos scire: aut nra aut ipsorū interesset Huius generis literas à me pfecto non expectas: domesticarū enim rerū tuarū habes & scriptores & nuncios

In meis autē rebus nihil est sane noui. Reliqua sūt epistolarum genera duo. q̄ me magnopere delectāt vnum familiare & iocosum, alterū seuerū & graue. Vtro me minus deceat vti, nō intelligo: iocerne te cum per literas; ciuem me hercule non puto esse qui temporibus his ridere possit: an grauius aliqd scribā? quid sst, qd̄ possit grauius a Cicerone scribi ad Curionē, nisi de rep. atq̄ in hoc genere hæc mea causa est: vt nequæ ea quæ nūc sc̄tio velim scribere. Quāobrē, quoniā mihi nullū scribendi argumentū relictū est, vtar ea clausula qua soleo, te que ad studium summæ laudis cohortabor. Est enim tibi grauis aduersaria constituta & parata incredibilis q̄dam expectatio, quā tu vna re facillime vices si hoc statueris, quarū laudum gloriā adamaris quibus artibus ex laudes cōparātur, in ijs esse elaborādum. In hanc sentētiā scriberē plura, nisi te tua spōte satis incitatū esse cōsiderē & hoc quicquid attigi nō feci inflāmandi tui causa sed testificādi amoris mei.

M. T. C. BRVTO. S. P. D. F. 13. 15

LVCIO Titio Strabone equite romano in primis honesto & ornato, familiarissime vtor, omnia mihi cū eo intercedunt iura sūmæ necessitudinis. Huic in tua prouincia pecuniam debet Publii Cornelius. Ea res a Volcatio, qui Romæ ius dicit, reiecta in Galliam est. Peto a te hæc diligentius q̄ si mea res esset, quo est honestius de amicorū pecunia laborare quam de sua vt negotiū conficiēdū

eures ipse suscipias, transigas operaque des, quod tibi equū & rectū videbitur vt, quā cōmodissima cōditiōe libertum Strabonis qui eius rei causa missus ē negotium cōficiat, ad numosque perueniat. Id & mihi grātissimum erit, & tu ipse L. Titionem cognosces amicitia tua dignissimū. Quod tu tibi curæ sit, vt omnia soleat esse, quæ me velle scis te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

M. C. S. D. T. Fabio. F. 5. 18.

ET si egomet, qui te cōsolari cupio cōsoland⁹ ipse sum, propterea quod nullam rē graui⁹ iā diu tuli quā incomodū tuū: tamen te magnopere nō hortor solū sed etiā pro amore nō rogo, atque oro, te colligas virūque præbeas. & quā cōditiōe omnes homines & quib⁹ tēporib⁹ nati sum⁹, cogites Plus tibi virtus tua dedit quā fortuna abstulit propterea quod adept⁹ es quod nō multi homines nō ui amisti quod plurimi hoīes nobilissimi. Ea denique videtur cōditiō impēdere legū, iudiciorū tēporū, optime actū cū eo videatur esse, quā leuissima pœna ab hac rep. discesserit. Tu vero qui & fortunas & liberos habes, & nos cæterosque necessitudine & bñciū uolētia tecū cōiutissimos, quæ magnā facultatē sis hac iur⁹ nobiscū & cū omnib⁹ tuis viuēdi. & cū vnū sit iudiciū extā multis quod rephēdatur id quod vna sētētia, ea quod dubia, Potētia alicui⁹ cōdonatū existimetur omnib⁹ his de causis, debes istā molestiā quod leuissime ferre me⁹ anim⁹ erit ire liberos quod

LIBER

semper, quem tu esse vis & qui esse debet. Vale.

M. T. C. TREBATIO. S. D. F. 6. II.

Dolabellā ante à tantūmodo diligebam ob li-
gatus ei nihil erā: nec enī acciderat mihi o-
pus esse: & ille mihi debebat, quod nō defuerā eius
periculis Nunc tanto sum deuinctus eius beneficio
quod & antea in re, & hoc tēpore in salute tua cu-
mulatissime mihi satisfecit, vt nemini plus debeā.
Qua in re gratulor tibi ita vehementer: vt te quoq;
mihi gratulari qua gratias agere malim: alterū non
omnino desydero: alterū vere facere poteris. Quod
reliquū est, quādo tibi virtus & dignitas tua reditū
ad tuos aperuit, est tuæ sapientiæ, magnitudinisq;
animi quid a miseris obliuisci, quid recuperaueris
cogitare: viues cū tuis, viues nobiscū: pl⁹ acquisi-
sti dignitatis, quā amisisti rei familiaris, que tamen
ipsa esset iucūdiōr, si nulla esset Respub. Nestorius
noster familiaris ad me scripsit, te mihi maximas
gratias agere. Hæc predicatio tua mihi valde gratis
est, eaq; te vti facile patior, cū apud alios: tum me
herculæ apud Syronē nostrū amicū: q̄ enī facimus,
ea prudētissimo cuiq; maxime probata esse volum⁹
Te cupio videre quā primum.

CICERO TREBATIO. S. D. F. 7. 14.

Chrystippus Vectius Cyri architecti libertus
fecit, vt te nō immemorē putarē mei: salutē
enī mihi tuis verbis nunciauit. Valde iā laetus
est qui grauere literas ad me dare, homini præsertim
prope

PRIMVS.

propè domestico. Quod si scribere oblitus es, minus
 multi iã te aduocato, causa cadent. Sim nostri obli-
 tus es: dabo operã vt isthuc veniam ante quam pla-
 ne est animo tuo effuo. Sin æstiuorũ timor te debi-
 licat, aliquid excogita: vt fecisti de Britãnia. Illud
 quidẽ perlibèter audiui ex eodẽ Chrylippo, te esse
 Cæsaris familiarẽ: sed me hercule mallem, id quod
 erat equius: de tuis rebus ex tuis literis quam sæpissi-
 mé cognoscere: quod certe ita fieret, si tu maluisses
 beneuolentię: quã litium iura perdiscere. Sed hæc
 locati sumus, & tuo more, & nõnihil etiam nostro.
 Te valde amamus, nosque à te amari, tum volumus
 tum etiam confidimus. Vale.

M. T. C. C. C. CASSIO S. P. D. F. 12 8.

S Celus affinis tui Lepidi, sumãque leuitatem &
 incõstantiã, exactis, quæ ad te mitti certò scio-
 cognoscere te arbitror. Itaq; nos cõfecto bello
 vt arbitrabamur, renouatũ bellum gerimus, spẽque
 omnẽ in. D. Bruto & Planco habemus. Si verũ quis
 in te & in meo Bruto non solũ ad præsens perfu-
 giũ, si (quod nolim) aduersi quid acciderit, sed et iã
 ad cõfirmationem perpetuæ libertatis. Nos hic de
 Dolobella audiebamus, quæ vellemus, sed certos au-
 tores non habebamus. Te quidẽ magnũ homine
 & præsentis iudicio & reliqui tẽporis expectatione
 scito esse. Hoc tibi proposito fac, vt ad summa con-
 cendas. Nihil est tamen, quod non populus Roma-
 nus à te perfici, atque obtineri posse iudicet. Vale.

LIBER

M. T. C. M. Lepido. S. P. D.

F. 10. Fdist. 27.

Quod mihi pro mea summa erga te beneuolentia magnæ curæ est, ut quam amplissima dignitate sis, moleste tuli, te senatui gratias non egisse cum esses ab eo ordine ornatus sumis honoribus. Facis inter ciuicis consiliandæ te cupidum esse letor. Pacem si à seruitute seiungis, consules & reip. & dignitati tuæ, sin ista pax perditum hominem impolsestione impotentissimi dominatus restituta est, hoc animo scito omnejs sanos, ut mortem seruituti anteponant. Itaque sapientius, meo quidem iudicio, facies, si te in ista pacificatione non interpones, quæ neque senatui neque populo, neque cuiquam bono probatur sed hæc audies ex alijs, aut certior fies literis. Tu pro tua prudentia quod optimum factu sit, videbis.

M. CICERO CN. PLANCO

imp. Coull. Desi. S. P. D. F. 10. 2.

Meuum studiū honori tuo non defuisset pro necessitudine nostra, si aut tuto in senatū, aut honeste venire potuissem, Sed nec sine periculo quisquam libere de rep. scitens, versari potest in summa impunitate gladiatorum. nec nostræ dignitatis videtur esse ibi scitentiæ de rep. dicere, ubi me & melius & propius audiant armati, quam senatores. Quapropter in priuatis rebus nullum neque officium nec studium meum desiderabis, ne in publicis quidem Siquid erit, in quo me interesse sit nunquam deero, ne-

PRIMVS

eum periculo quidē meo, dignitati tuę. In his autē
rebus, que nihilominus vt ego absi, cōfici possūt,
peto à te, vt mei rationem habere velis, salutis, &
dignitatis meę, Vale

M. T. C. PAPYRIO. PAETO

S. P. D. Fa. lib. 9. Epist. 19.

T Amen à malitia non discedis, tenuiculo ap-
paratu significas. Balbum fuisse contētum
hoc videris dicere, cum reges tam sint cōtinētes,
multo magis cōsulareis esse oportere, nescis me ab il-
lo ōnia expicatum, recta enim porta domum meam
venisse, neque hoc admiror quod nō ad tuā potius
sed illud quod nōc id suam. Ego autē tribus primis
verbis, quod noster Pætus? at ille adiurans nusquā
se unquam libentius. Hoc si verbis assecutus est,
aureis ad te afferam nō minus eleganteis, si autē ob-
sonio peto atque, ne plureis esse balbos quam disertos
putes, Me cotidie aliud ex alio impedit Sed si me ex-
pe diero, vt ī ista loca venire possim, nō cōmittam
vt te fero amē certiozem factum putes Vale.

Træbonius. M. T. C. S. D. Fa 12. 16.

Si vales bene est, ego quidē valeo Athenas veni
ad. 11. Cal. juni, atque ibi quos maxime opta-
bam, vidi filium tuum deditum opitmis studijs, sū-
ma. que modestię fama Quæ ex re quantam volup-
tatem ceperi scire, potes etiam me a tacēte, Non-
enim nescis que uti te faciam, & quam pro nos-
tro veterrimo, verissimo que amore omnibus

LIBER

euis etiā minimis cōmodis, nō modo tanto bono,
 gaudeā. Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis
 dare. Nihil adolescente tuo, atque adeo nostro (ni
 hil enim mihi á te potest esse seiuñctum) aut ama-
 bilius omnibus ijs, qui Athenis sunt est: a ut studio-
 sis earū artiū, quas tu maximè, amas, hoc est, opti-
 marū. Itaque tibi, quod verè facere possū, libēter
 quoque gratulor: nec minus etiā nobis quod eum
 quē necesse erat diligere qualiscūque esset, talē ha-
 bemus, vt libenter quoquē diligamus. Qui cū mihi
 in sermone iniecisset se velle Asiā vītere, non mo-
 do inuitatus, sed etiam rogatus est á me, vt id poti-
 ssimum nobis obtinentibus pronuntiā faceret Cui
 nos & charitate & amore tuum officium præstatu-
 ros nō debes dubitare. Illud quoque erit nobis cu-
 rare vt Cratippus vna cum eo sit, ne putes in Asia fe-
 riatum illum ab ijs studijs, i quæ tua cohortatio ne-
 scitatur, futurum. Nam illum paratum vt video, &
 ingressum pleno gradu, cohortari nō interitemus, -
 quò idies lōgius discēdo exercēdo que se. procedat
 Vos quid ageritis in Rep. cum has literas dabā nō sci-
 ebam Audiebam quedam turbulenta, quæ scilicet
 cupio esse falsa. vt aliquando ociosa libertate trua-
 mur quod vel minime adhuc mihi cōrigit. Ego tam-
 nactus in navigatione nostra pusillum laxa menti,
 cōcinavi tibi munusculum exiſtituto meo: & dictū
 cū magno nro honore á te dictum cōclusi & tibi infra
 subscripsi In quibus versiculis sit tibi quibusdam ver-

PRIMVS

bis, videbor: turpitudine personæ eius inquam liberius inuehimur, nos vindicabit. Ignolces etiam iracundiæ n̄æ, que iusta est in eiusmodi & homines & eiueis. Deinde qui magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis, quam nobis; cum etiam si odio pari fuerit in eos, quos læsit, tamen certe nō magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verberum incurreret. Tu sicut mihi pollicitus es, adiunges me quæprimū ad tuos sermones. Namque illud nō dubito quin si quid de iteritu Cæsaris scribas, non patiaris me minimam partem & rei, & amoris tui ferre Vale, & matrē meosque tibi cōmendatos habe. o 8to Cal. Iunias Athenis.

C. Curio S.P.D. F.7.32r

Facile perspexi ex tuis literis, quod sēper studi & me a te plurimi fieri, & te intelligere quā mihi charus esses. Quod quādo vterque nostrum cōsecutus est, reliquam est, vt officijs certemus inter nos quibus æquo animo vel vicā te, vel vincat ab te Ad Aciliū nō fuisse necesse meas dari literas, facile patior. Sulpitij tibi operam, intelligo ex tuis literis nō multum opus fuisse propter res tuas ita cōtractas, vt quæadmodum scribis, nec caput nec pedes: quidē vellē vti pedes haberēt, ut aliquando redireo Vides enī exaruisse iam veterē vrbānitātē, vt Pōponius noster suo iure possit dicere, nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam. Ergo i tibi nos ei succedimus. Veni igitur quæso, ne tamē semē

LIBER

urbanitatis vna cum rep. intereat. Vale

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D. F. 13. 33.

IN Halesina ciuitate tam lauta, quã nobili, cõiũ-
ctissimos habeo & hospito & familiaritate. M.
& Clodiũ, Archagatũ & Philomẽ: sed vereor ne
quia cõplureis tibi præcipue cõmẽdo, exæquare vi-
dear ambitione quadã cõmẽdationes meas, quam
quam á te quidẽ cumulate satis sit & mihi & meis
õnibus. Sed velim sic existimet, hanc familiam &
hos mihi maxime esse cõiunctos vetustate, officijs
beneuolentia. Quamobrem pete á te maiorem in
modum, vt his õnibus in rebus, quantum tua digni-
tas fidesquẽ impatiatur, cõmodes: id si feceris erit
mihi vehementissime gratum. Vale.

M, T. C. Acilio Proc. S, P. D,

Fa. lib. 13. Epist. 34.

GNeo Oßtacilio. Nasone vtor familiarissime
ita prorsus, vt illius ordinis nullo familiari.
Nam & humanitate eius, & probitate in consue-
tudine quotidiana magnopere delector. Nihil iam
opus est expectare te, quibus eum verbis tibi con-
mendem, quo sic vtor, vt scripsi. Habetis prouicia
tua, negocia, que procurant liberti Hilarius. Anti-
gonus, Demonstratus: quos tibi negocia que õnia
Nasonis, non secus cõmẽdo, ac si mea essent. Grati-
ssimum mihi feceris, si intellexero hanc cõmẽdatio-
nem magnum apud te pondus habuisse. Vale

PRIMVS

M. T. C. Acilio PROC. S. P. D.

A Vitum mihi hospitium est cum Lyfone Lysonis filio Lilybetano. valdeque ab eo obseruor, cognoui que dignū & patre & auo. Est enim nobilissima familia. Qua propter commendo tibi maiorem in modum rem domumque eius. Magnoque opere à te peto cures, vt is intelligat meam cōmendationem maximo sibi apud te & adiumento & ornamento fuisse. Vale.

M. T. C. Acilio PROC. S. P. D. F. 13, 36.

C Aius Auianus Philoxenus antiquus est hospes meus & præter hospitium valde etiam familiaris, quē Cæsar meo bñeficio in Monocomē seis retulit Nomē autē Auiani cōsecutus est, qd̄ homine nullo plus est vsus, quam Flaco Auiano meo quē admodū te scire arbitror, familiarissimo. Quæ ego omnia collegi, vt intelligeres non vulgare esse cōmendationē hanc meam Peto abste vt ōnib⁹ reb⁹ qd̄ sine molestia tua facere possis, ei commendes: habeasque in numero tuorum, perficiasque vt intelligat has literas meas magno sibi vsui fuisse. Eric id mihi maiorem in modū grauatum. Vale.

Cicero Planeo Imp. Conf. Desi. S. P. D.

Fa lib. 10. Epist. 13.

V T primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil p̄. permisi in te ornâdo, qd̄ positū esset aut in præmio virtutis, aut in honore

LIBER

Verborū, id ex ipso senatuscōsulto poteris cognoscere Ita enī est perscriptū, vt á me descripto dicta sētentia est, quā senatus frequēs secutus est sūmo studio, magno que cōsēsu. Ego quanquam ex tuis literis quas mihi misisti, perspexeram te magis iudicio bonorū, quam insignibus gloriæ delectari, tamē cōsiderandū nobis existimaui, etiam si tu nihil postulares, quantū tibi á Repub. deberetur. Tu contempnes extrema cū primis. Qui enī, M. Antoniū oppreserit, is bellum confecerit. Itaque. Homerus nō Aiasē nec Achilem, sed Vlyssē appellauit.

M. T. C. C. Cassio. S. P. D. F. 12. 6.

Qui status rerum fuerit, tū, cū has literas dedi, scire poteris ex C. Tidio Sbrabone viro bono & optime de Rep. sētente. Nam qđ dicā cupidissimo tui, qui domo & fortunis relictis, ad te potissimum pfectus sit? itaque eum tibi ne cōmēdo quidē aduētus ipsius ad te, satis cū cōmēdabit. Tu vellim se existimes, tibi que persuadeas, omne perfugium bonorum in te, & Bruto esse positum, si (quod nolī) aduersi quid euenerit. Res cum hęc scribebam, erat inextremū deducta discrimē. Brutus enī Mutinē vix iā sustinebat. Qui si cōseruatus erit. vicinus: sin (qđ Dij omē auertant) opprēssus ibi erit omnis hominum cursus est ad vos Proinde fac tantum animū habeas, tantum, qđ apparatus, quanto opus est ad vniuersam re p recuperandam Vale

M. T. C. Corficio Collegē. S. Fa. 12. 17.

PRIMVS

GRata mihi est vehemēter memoria n̄i tua, quam significasti literis quam vtcōserues, nō quod de tua cōstantia dubitē, sed q̄a mos est ita rogandi rogo, Ex SYRIA nobis tumultuosiora q̄data nunciata sunt, quæ, q̄a tibi sunt propiora, quam nobis, tua me causa magis mouēt, quam mea Rome summum ocium est, sed ita, vt malis salubre aliqd̄ & honestum negotium: qd̄ spero fore, q̄a video id curę esse Cæsari. Me scito dum tu absis, quasi occasione quandam & licētiam nactum, scribere audacius & cetera quiden fortasse, que etiam tu cōcederes, sed p̄xime scripsi de optimo genere dicēdi, i quo sepe suspicatus sum, te a iudicioni o, sic scilicet v̄doctum hominē a non idocto, paululum dissidere Huic tu libro, maxime velin ex animo: si minus, gratiæ causa suffragere. Dicam tuis, vt eum, si velint describant ad te que mittant. Puto enī etiam si rē minus probabis: tamē in ista solitudine quicquid a me p̄fectum sit, iucundum tibi fore Qd̄ mihi existimationē tuam, dignitatē que cōmēdas, facis tu qdē ōnium more Sed veli sic existimes me, cum amori, quē iter nos mutuū esse itelligam, pluriman tribuam. tum de summo ingenio & de optimis tuis studiis, & de spe amplissimæ dignitatis ita iudicare vt neminē tibi antepoam, cōparem paucos. Vale

M. T. C. Q. Thermo propr. S. D. F. 13. 55.

Cum mihi multa grata sunt, que tu adductus mea cōmēdatione fecisti tum i primis, quod

Ignosce mihi qui cū antea accuratissimè de Bruthrotijs ad te scripserim, eadē de re sæpius scribam. Nō me hercule mi Plance facio, qd̄ parū cōfidam aut liberalitati tuę, aut nr̄ę amicitię, sed cū tanta res agatur Attici nr̄i: nunc verō etiā existimatio vt id qd̄ probauit Cęsar nobis testibus & obligatorib⁹, qui & decretis & respōsis Cęsar̄is interfueram⁹ videatur obtinere potuisse, presertim cū tota potestas eius rei tua sit, vt ea, quę Coss. decreuerūt secūdū Cęsar̄is decreta, & respōsa nō dicam cōprobes, sed studiose libēterq; cōprobes. Id mihi sic erit gratū, vi nulla res gratior esse possit. & si iā sperabam, cū has literas accepisses, fore, va ea, quę superiorib⁹ literis à te petiissem⁹ impetrata essent tamē nō faciam finē rogandi, quoad nobis nūnciatum erit, te id fecisse quod magna cū spe expectam⁹. Deinde enī cōfido fore vt alio genere literarū vtamur: tibiq; pro tuo sūmo bñeficio gratias agam⁹, quod si acciderit velum sic existimes, nō tibi tā atticū cuius per magna res agitur, quā me, qui non minus laboro, quam ille, obligatum fore. Vale.

M. T. C. Capitoni. S. atti.

lib. 16. Epi. 15.

Non dubito, quin mirere, atq; etiā stomachere qd̄ tecū de eadē re agā sæpi⁹. Hominis familiarissimi, & mihi omnib⁹ reb⁹ cōiūtissimi per magna res agitur attici. Cognoui ego tua studia in amicos, etiā in te amicorū. multū potes nos

SECUNDVS

apud Plancum iuare: noui humanitatē tuam: scio
quam scis amicis iucundus. Nemo nos in hac causa
plus iuare potest: quam tu. & res ista est firma ut
debet esse, quam Coll. de Cōsiliij sentētia decreue-
runt cum & lege & S. C. cognoscetur. tamē omnia
posita putamus in Planci tui liberalitate. quē qui-
dē arbitramur cū officij tui, & Reip. causa Decre-
tum Coll. cōprobaturū, tum libēter nra causa esse
facturum. Adiuuabis igitur mi Capito, quod ut fa-
cias vehemēter etiam atque etiam rogo. Vale

FINIS LIBRI II

LIBER. TERCIVS

SERVIUS SVLPITIVS

M. T. C. S. Fam. lib. 4. Epist. 5.

Posteaquam mihi renunciatū est de de obitu
Tullix filix tuę, sane quā pro eo, ac debui gra-
uiter, molesteq; tuli, cōmunēq; eā calamitatē exis-
timaui, qui si istie affuissē, nec tibi defuissē, corāq;
menna dolorē declarassē. Et si genus hoc cōsolatio-
nis miserum, atq; accerbum est, ppter ea quos
ea fieri debēt ppinquos ac familiares, ipsi pari mo-
lestia afficiuntur neq; sine lachrymis multis id co-
nari queant, ut magis ipsi videantur aliorū cōsola-
tione indigere, quā alijs posse suū officiū pręstare.
tamē quę in pręsētia mihi in mētē venerunt, de-

LIBER

ereui, breui ad te perscribere nō quod ea te fugere existimē, sed quod forsitam dolore īpeditus, minus ea perspicias. Quid est, quod tantopere te cōmoue at tuus dolor intestinus? cogita quē admodū adhuc fortuna nobiscum egerit, ea nobis erecta esse, que hominibus nō minus, quam libri chara esse debēt patriam, honestatē, dignitatē, honores ōneis hoc vno cōmodo addito, quin ad dolorē adiungi potuit qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet, atque omnia minoris existimare? An illius vicē (credo) doles? quoties in eam cogitationē necesse est, vt tu veneris, & nos sepe incidim⁹, hisce temporibus nō pessime cū ijs esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cū vita cōmutare. Quid autē fuit, quod illam hoc tēpore ad viuēdum magnopere inuitare posset? quæ res? quæ spes? qd⁹ animi solatiū? vt cū aliquo adolescētē primario cōiūta ætate ageret? licitū est tibi (credo) p^{ro} tua dignitate ex hac iuuetute generū diligere, cuius fidei liberos tuos te tuto cōmitere putares. An vt ea liberos ex sese pareret, quos cū florenteis videret, lætaretur? qui rē à parēte traditam per se tenere possēt honores ordinatī in Rep. petituri essent: in amicorum negotijs liberalitate sua vtētur? quid horū fuit quod nō prius, quam datū, adeptū sit? An vērō malum est liberos amittere. Malū, nisi hoc peius sit, hæc sufferre, & perpeti. Que res mihi nō mediocrē cōsolationem attulit, volo tibi cōmemorare, si for:

TERTIUS

eadem res tibi minere dolorē posset: Ex Asia rediens, cum ab Aegina Megaram versus nauigare, Cœpi regiones circuncircā prospicere: post me erat Aegina antē Megara, dextra Pireus, sinistra Corinthus, quæ oppida quodam tempore florētissima fuerunt nunc prostrata, & diruta ante oculos iacent. Cœpi egomet mecum sic cogitare, hem, nos homunculi indignamur, si quis nostrum interist, aut occisus est quorum vita breuior esse debet, cum vno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant. Visne ture Serui cohibere & meminisse hominē te esse natum. Crede mihi cogitatione ea nō mediocriter sū confirmatus. Hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. Modo vno tempore tot viri clarissimi interierunt: de imperio præterea tanta diminitio facta est: omnes prouinciæ conuulsæ sunt: in vnius mulierculæ animula sit iactura facta est, tã opere cōmoueris? quæ sic hōc tempore non suum diem obiisset, paucis post annis tamē ei moriendū fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animam accogitationem tuā auoca, atque ea potius reminiscere, quæ digna tuaperfona sunt, illam, quam diu opus fuerat, vixisse, vna cum Reip. fuisse: te patrem suum prætorem, consulem, augurem vidisse: adolescentibus primarijs nuptam fuisse: omnibus bonis propè perfuntam esse cum Republica occideret, vitam excessisse. Quid est, quod tu, aut illa cum fortuna hoc,

LIBER

nomine queri possitis? Deniq3 noli te obluisci Ciceronē esse & eū, qui aliis cōsueueris precipere & dare cōsilium neq3 imitere malos medicos q̄ in ali-
 enis morbis profitentur se tenere medicinæ sciētā
 ipsi, securare nō possū: sed poti⁹ quæ alijs tute præ
 eipere soles, ea tute tibi subijce atq3 apud animum
 propone, **NVLVS DOLOR EST QVEM** nō
 longinquitas temporis minuat, atq3 molliat. Hoc
 te expectare tempus tibi turpe est, ac nō ei rei sapi-
 entia tua te occurrere. Quōd si quis etiam inferis
 sensus est, qui illius amor in te fuit, pietasque in ō-
 neis suos, hoc certē illa te facere non vult. Da hoc
 illi mortuæ, da cæteris amicis atque familiaribus
 qui tuo dolore mœrent, da patriæ, vt si qua in re
 opus sit, opera & consilio tuo vti possit. Denique,
 quoniam in eam fortunam deuenimus, vt etiam
 huic rei nobis deseruiendum sit, noli committere,
 vt quisquam te petet, non tam filiam, quam Reip.
 tempora & aliorum victoriam lugere. Plura me
 ad te de hac rescribere pudet, ne videar prudentiæ
 tuę diffidere. Quare si hoc vnum proposuero, fidē
 faciam scribēdi. Vidim⁹ aliquoties secundam pul-
 cherrime te ferre fortunam, magnamque ex ea re
 te laudem adipisci: fac aliquando intelligamus ad-
 uersā quoq3 te æque ferre posse, neq3 id mai⁹, q̄ de
 beat tibi on⁹ viceri, ne ex ōnib⁹ virtutib⁹ hæc vna
 tibi videatur deesse. Q̄ ad me attinet, cū te trāqui-
 liorē animo esse cognouero, de ijs reb⁹ q̄ hīc gerūt

TERTIVS

quemadmodumque se provincia habeat, certiorē
faciam. Vale.

M. Cicero S. Seruio Sulpitio

Fam. lib. 4. Epist. 6.

EGo vero Serui vellē vt scribis no meo grauis
simo casu affuisses, Quāto enī pretens me ad
iuuare potueris & cōsolando & profē & que dolē
do facile ex eo intelligo, quod literis tuis lectis ali-
quantū adqueui. Nā & ea scripsisti, que leuare lue-
tum possēt: & in me cōsolando, non mediocrē ipse
animi dolorē adhibuisti. Seruius tamē tuus omnibus
officijs, q̄ illi tēpori tribui potuerunt, declarauit &
q̄zti ipsi me faceret, & quam suū talē erga me ani-
mū tibi gratum putaret fore, cuius officia iucundi-
ora scilicet sepe mihi fuerunt, nunq̄z tamē gratiora
Me autē nō oratio tua solum & societas pene egri-
tudinis sed etiam auctoritas cōsolatur. Turpe enī
esse existimo, me nō ita ferre casum meum, vt tu ta-
li sapientia prēdit⁹ ferēdum putas, Sed opprimor
interdum & vix resisto dolori, qd̄ ea me solatia de-
ficiunt, que ceteris quorum mihi exēpla propo-
no, simili in fortuna nō defuerūt. Nā & Qu. Maxi-
m⁹, qui filiū cōsularē clarū virū & magnis reb⁹ ge-
tis amisit: & L. Paulus qui duos septē dieb⁹: & nr
Gali⁹, & M. Cato, qui sūmo īnganio sūma virtute
filiū perdidit: iis tēporib⁹ ea, fuerūt, vt eos tū ipso-
rū dignitas cōsolaretur ea quā Rep. cōsequabatur
Mihi autē amissis ornāmētis ijs, que ipse cōmemo-

LIBER

ras, quæq; eram maximis laboribus adeptus, vnica
 manebat illud solatium, quod creptum est. Nō ami-
 corum negotijs, nō Reip. procuratione impediaban-
 tur cogitationes meæ, nihil in foro agere licebat, af-
 picere curā non poteram, existimabā, id quod erat
 omneis me & industriæ meæ fructus & fortunę per-
 didisse. Sed cogitarē hæc mihi tecum & quibusdam
 esse communia: & cum frangere iam ipse me, coge-
 remque illa ferre tolerancer: habebam quō cōfuge-
 rem vbi cōquiescerē, cuius in sermone, & suauitate
 omneis curas, doloresq; deponerē, Nunc autē hoc
 tam graui vulnere, etiam illa, quæ cōsenuisse vide-
 bantur recrudescunt, Non enim, vt tuū me a Reip.
 mæstum damus excipiebat, quæ lenaret, sic nunc
 domo mærens ad Rēp. cōfugere possum, vt in eius
 bonis acquiescam. I taque & domo absum, & foro
 quod neq; eum doiorē, quē a Reip. capio, domus iā
 cōsolari potest, nec domesticum Reip. Quo magis
 te expecto, teq; videre quam primū cupio. Maior
 mihi ratio affore, nulla potest, quā cuniunctio cō-
 sue tudinis: sermonūq; nostrorū, quāquā sperabā
 tuū aduentū (sic enī audiebā) a propinquare. Ego
 autē cū multis de causis te exopto quā primū videre
 tu etiā: vt ante cōmētemur inter nos, qua tatione
 nobis traducendū sit hoc tēpus quod est totum ad
 vnus voluntatē acōmodandū, & prudentis & li-
 beralis & (vt perspexisse videor) nec a me a lienī,
 & tibi amicissimi. Quod, cū ita sit, magnatamē est

TERTIVS

de libertionis, quæ ratio sit ineunda nobis nõ agē-
di aliquid, sed illius concessu, & beneficio quiescen-
di. Vale.

M. C. S. D. L. Luccio

Qu. F. lio. F. 5. 12.

Coram me tecum eadē hec egere sepe con-
tem deterruit pudor quidā pene sūbrusticus
quā nunc expromam abiens audatius. epistola enim
nō erudescit. Ardeo cupiditate in credibili, neq3 ut
ego arbitror, reprehendenda, ne mē ut nostrū scrip-
tis illustretur & celebretur tuis: quod & si mihi sæ-
pe ostendis te, esse facturū, tamē ignoscas veli huic
festinationi meæ. Genus enī scriptorum tuorū & si
erat semper à me vehementer expectatum, tamen
vicit opinionem meamq3 ita vel cepit, vel incēdit
ut, cuperem quā celerimē res nostras monumentis
cōmendari tuis. Non enim me solum commemora-
tio posteritatis ad spem quandā immortalitatis ra-
pit: sed etiam illa cupiditas, ut vel authoritate tes-
timonij tui, vel iudicio benevolentia: vel suauitate
ingenij, viui perfruarur, Nec tamen hæc cū scri-
bebam, eram nescius, quantis oneribus permerere
susceptarum rerum, & iam institutarum sed quia
videbam Italici belli & civilis historiam iam penē
à te esse perfectā, dixeras autē mihi te reliquas res
ordiri, deesse mihi nolui, quin te admonerē, ut co-
gitares con iunctē ne mallet cum cæteris rebus
nostra contexere, an, ut multi Græci fecerunt

LIBER

Callisthenes Troicum bellū, Timeus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes á perpetuis suis historis ea, quę dixi bella, separauerūt: tu quoque ita ciuilem cōiurationem ab hostibus externisq; bellis seiungeres. equidē ad nr̄am laudem nō multum video interesse, sed ad properationē meā quiddā interest nō te expectare donec ad locum venias, ac statim causam illam totā & tēpus arripere. & simul si vno argumēto, vnaque imperpersona mens tua tota versabitur: cerno iam animo, quanto omnia vberiora atque ornatiōra futura sint. Neque tamē ignoto, quā impudenter faciā, qui primū tibi tamē oneris imponam (potest enim mihi denegare occupatio tua) deinde etiā, vt ornes me postulē, quid si illa tibi non tantopere videntur ornanda? **SED TAMEN QVI SEMEL** verecundię fineis transierit eum benē, & nauiter oportet esse impudētē. Itaque te planē etiam atq; etiam rogo, vt ornes ea vehementius, quā fortasse sētis, & in eo leges historię negligas: gratiamq; illā, de qua suauissimē quodam vt pręmio scripsisti, á qua te affici nō magis potuisse demonstrans, quam Herculē Xenophōtium illū á voluptate: ea si me tibi vehementius cōmēdabit, ne aspernere. amorisq; nr̄o plusculum etiam, quam cōcedit veritas, largiare. Quod si te adducemus, vt hoc suscipias, erit (vt mihi persuadeo) materies digna facultate, & copia tua á principio enī cōiurationis vsque ad reditum nostrum videtur mihi modicū

TERTIVS

quoddam corpus cōfici posse. in quo & illa poteris
 vti ciuiliū cōmutionū scientia, vel in explican-
 dis causis rerū nostrarū, vel in remedijs incomodum
 enim reprehendes ea quę vituperanda duces, & quę
 placebunt exponēdis rationibus cōprobabis, & si
 liberius, vt cōsueuisti agendum putabis multorū in
 nos perfidiā, incisidias, proditiōē notabis. Multā
 etiam casus nri tibi veritatē in scribendo supedita-
 bunt plenā cuiusdam voluptatis, quę vehementer
 animos hominū in legendo scripto retinere possit
NIHIL EST ENIM aptius ad delēctationem lec-
 toris, quam temporum varietates, fortunęque vi-
 cissitudines, quę & si nobis optabiles in experien-
 do non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundę
HABET ENIM præteriti doloris segura recorda-
 tio delectationem. Cæceris vero nulla perfunctis
 propria molestia, casus alienos sine vno dolore in-
 tuentibus, etiam ipsa misericordia est iucūda. Quę
 enim nostrū ille moriens apud Mantinam **EPA-**
MINONDAS nō cū quadā miseratione delactar?
 qui tum denique sibi auelli iubet spiculū, posteaq;
 ei percōtanti dictum est, clypeum esse saluum: etiā
 in vulneris dolore æquo animo cum laude morere
 tur. Cuius studium in legendo nō erectum Themis-
 toclis fuga redituque retinetur? Etenim ordo ipse
 Annaliū mediocriter nos retinet, quasi enumerati-
 one fastorū: at viri sæpe excellentis aucipites, varij
 q; cas⁹ habēt admirationē: expectationē letitiam

LIBER

molestiâ sp̄ timorē: si vero exitu notabili cōcludū
 tur, expletur animus iucundissimæ lectiois volup
 tate. Quod mihi acciderit optatus, si in hac sēten
 tia fueris, vt à cōtinentibus tuis scriptis, in quibus
 perpetuam rerum gestarū historiā cōplecteris lecer
 nas hanc quasi fabulā rerum, euētorūq; nostrorū.
 Habet enim varios actus, multasq; actiones & cō
 siliorum & rēporum. Ac nō vereor ne assētantium
 cula quadam aucupari tuā gratiam videar, cū hoc
 demōstrē, me à te potissimum ornari, celebrarique
 velle. Neq; enim tu is es, qui, qui sic nescias: & q nō
 eos magis, qui te nō admirētur, inuidos, quam eos
 qui laudēt, assentaiores arbitrere. Neque autē ego
 sum ita demens, vt me sēpīternæ gloriæ per eum
 cōmēdari velim, qui nō ipse quoq; in me cōmēdā
 do propriam ingenij gloriā cōsequatur. Neque
 enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissi
 mum pingi, & alysippo fingi volebat, sed quod illo
 rum artē cum ipsis, tum eciam sibi gloriæ fore pu
 tabat. Atque illi artifices, corporis simulachra igno
 tis nota faciebant: quæ vel si nulla sunt nihilo sunt
 tamē obscuriores clari viri. Nec minùs enī est Spar
 tiates ille Agesilaus perhibendus, qui neque pictam
 neque fictam imaginem suam passus est esse quam
 qui in eo genere laborarunt: v nus enim Xonophō
 tis libellus in eo rege laudando facilè omneis ima
 gines hominum, statuasque superauit. Atque hōc
 præstantius mihi fuerit & ad læticiam animi & ad

TERTIVS

memoriæ dignitatē, si in tua scēpta pernenero, q̄z
 si in ceterorū: quod nō ingenium mihi solum sup-
 peditatum fuerit tum, sicut Timoleonti à Timæo
 aut Herodoto Temistocli, sed etiam auctoritas cla-
 rissimi, & spectatissimi in Rep. maximis, grauissi-
 misq; causis cogniti, atque in primis probati viri:
 vt mihi nō solum præconium, qd̄ cum in Sigēū ve-
 nisset Alexander ab Homero achili tributū esse di-
 xit: sed etiam graue testimoniū impertitū clari ho-
 minis, magniq; videatur. Placet enī Hector ille mī
 hi Næuianus, qui nō tantum laudari se lætatur sed
 addit etiam à laudato viro. Quod si à te nō impe-
 tro, hoc est, si qua te res impederit (neq;te enim fas
 esse arbitror, quicquam merogantē abs te nō impe-
 trare) cogar fortasse facere, quod nōnulli sæpe re-
 prehendant: scribam ipse de me, multorum tamen
 exemplo, & clarorum virorum. Sed, quod te nō fu-
 git hæc sunt in hoc genere vitia & vt verecundius
 ipsi describant, necesse est, si quid est laudandū: &
 prætereant, si quid reprehendendum est, accedit
 etiam, vt minor sit fides, minor auctoritas, multi
 denique reprehendant, & dicant, verecūdiorese
 precones ludorum gymnicorum, qui, cum cæteris
 coronas imposuerunt victoribus, eorum que nomi-
 na magna voce pronuciauerunt, cum ipsi ante lu-
 dorum missionem coronam donentur, alium præ-
 conem adhibeant, ne sua esse voce ipsi se victores
 prædicent. Hæc nos vitare cupimus,

LIBER

& si recipies causam nr̄am, vitabimus: idq; vt facias, rogamus. Ac ne forte miterē, cur, cum mihi sepe ostenderis te accuratissimē nostrum tēporum consilia, atq; euentus literis mandaturum, á te id nūc tantopere, & tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incēdit, de qua initio scripsi, festinationis quod alacres animo sumus, vt & cæteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant, & nosmetipsi viui gloria nostra perfruamur. His de rebus, quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim. Si enim suscipis causam, cōficiam cōmentarios rerum emnium: sin autē differs me in temp⁹ aliud corá te cum loquar: tu intereà nō cessabis. & ea quę habes instituta, perpolies, nosq; diliges. Vale

T. P. ATTICO. A. 8. 3.

MAximis & miserrimis reb⁹ p̄turbatus sum coram tecū mihi potestas deliberādi non est, sed vti tamē tuo cōsilio volui. Deliberatio autē omnis hæc est. Si Pōpei⁹ Italiā excedat, qđ eū facturū esse suspicor, quid mihi agēdū putes & quò facili⁹ cōsiliū dare possis quid in vtranque partē mihi in mētē veniat, explicabo breui. Cū merita Pōpeij suma erga salutē meā, familiaritas q; quæ mihi cum eo est, tum ipsa Rep. causa me adducit, vt mihi vel cōsiliū meum cum illi⁹ cōsilio vel fortuna cōiungenda esse videatur, Accedit illud si maneo & illum comitatum òptimorum & clarissimorū ciuiū deserō, cadēdū est in vni⁹ potestātē: q

TERTIVS

& si multis rebus significat se nobis esse amicum, & ut esset à me est (tute scis) ppter suspensionē hui⁹ impēdetis tēpestatis multo antē pmissū tamē vtrū q3 cōsiderādum est, & q̄nta ei fides sit habēda. Et si maximē exploratum sit, eum nobis amicum fore, sit ne viri fortis & boni civis, esse in ea vrbe, in qua cum summis honorib⁹, imperijsq3 vsus sit, res maximas gesserit, sacerdotio sit amplissimo præditus, nō futurus sit sui iur iuris, subeundēq3 periculū sic cum aliquo fortē dedecore, si quando Pōpeius Rei recuperare. In hac parte hæc snt. Vide nunc q̄ sunt in altera. Nihil actum est à Pōpeio nō sapienter, nil fortiter: adde etiam nihil, nisi cōtra cōsiliū autoritatēq3 meā. Omitto illa vetera, quod istū ī Rēp. ille aliud, anxius, armauit: ille legibus C. Matelli cōtra auspicia ferēdus author, ille Galliarū vltioris adiutor: ille Gener: ille in adoptando P. Claudio augur ille restituendi mei: quam retinēdo studiosior: ille Prouinciæ propagator: ille absentis in omnibus adiutor. Itē etiam tertio cōsulatu, postquam esse defensor Reip. cœpit, cōtēdit vt, decem Tr. Pl. ferrēt, vt absentis ratio haberetur: quod idē ipse s̄xit lege quadam sua, Marcōque Marcello Cos. finiet in prouincias Gallias Cal. Martij. testitit. Sed vt hæc omittā, qd fœdus? quid peturbati⁹ hoc ab vrbe discessu? siue potius turpissima fuga? Que conditio nō accipienda fuit poti⁹, quā relinquēda patria? Male cōditiones erāt, fateor, sed nūqd hoc pe

LIBER

ius? At recuperabat Reip. Quando? aut quid ad eā spē est parati? Nō ager Picenus amissus? nō patefactum iter ad urbem? nō pecunia omnis & publica & priuata aduelatio tradita? Denique nulla causa, nullę vires, nulla sedes, quò cōcurrant. q̄ Kemp. deffensā velint. Apulia delecta est inauissima pars Italię, & ab impetu huius belli remotissima, fuga, maritima opportunitas visa quęri desperatione. Inuitē cepi Capuam, nō quò minus illd̄ defugerē sed sine causa in qua nullus esse ordinum null⁹ aper tus priuatorum dolor. bonorum autē erat aliquis sed habes, vt solet, & vt ipse sensissem, multitudo, & infimus quisque propensus in alteram partem. Multi mutationis rerum cupidi. Dixi ipse me nihil suscepturum sine p̄sidio, & sine pecunia. Itaque habuit nihilo omnino negotij, quod ab initio vidi nihil quęri pręter fugam, eā si nūc sequor, quò nā cum illo nō, ad quem cum essem profectus, cognoui in his locis esse Cæsarem, vt tutó Luceriā venire nō possem. Infero mari nobis in certo cursu, hęc me maxima nauigandum est, age iam cum fratre, an sine? cū filio, an cōmodo? in vtraq; enī re sūma difficultas erit, summs animi dolor, Qui autē impetus illius erit in nos absentes, fortunasq; n̄ras? acrior, quā in ceterorum. quod putabit fortasse in nobis violandis aliquid se labore populare. Age iam has cōpedes, asces inquam hos laurea tos: hęc ferre ex Italia q̄z molestum est? Qui autē locus erit no

TERTIVS

bis tutus, vt iam placatis vtamur fluctib⁹, antè, q̄z
 ad illum venerimus? Qua aut, aut quó, nihil sumus
 At si restituerò, & fuerit nobis in hac parte loc⁹ idè
 fecero, quod in Cinnæ dominatione & Marij Tyra-
 nide Philipus, quod L. Flacus. quod Quintus Mu-
 tius, quomodo ea res huic quidè cecidit? qui tamè
 ita dicere solebat, sed id ferè videre, quod factū est
 sed hoc malè, quam armatum ad patrię mœnia ac-
 cedere. Aliter Thrasybulus, & fortasse melius. Sed
 est certa quedā illa Muti ratio, atque sētentia, est
 etiā illa Philippi, Et cum sit necesse seruire tēpori
 & nō amittere tēpus, cū sit datū, Sed in hoc ipso ha-
 bēt tamè ijdē fasces molestiam, Sit enim nobis ami-
 cus quod incertū est: sed sit, dederet triumphū, nō
 accipere ne periculosum sit? an accipere inuidiosū
 ad bonos? O rē, inquis diifficilē & inexplicabilem
 Atqui explicanda est, qui enī fieri potest? Ac ne me
 existimares ad manēdum esse proqensioem, quod
 plura in ea parte verba fecerim potest fieri, quod sit
 in multis quæstionibus, vt res verbosior hæc fuerit,
 illa vereor. Quā obrem maxima de re æquo animo
 deliberanti, ira mihi des consilium velim. Navis &
 in Caieta est parata nobis, & Brudusij. Sed ecce nū-
 tij scribere me hæc ipsa noctu in Galleno, ecce lite-
 ræ. Cæsarem ad Cornificium, Domitium, corfinij
 cū firmo exercitu, & pugnare cupientem. nō puto
 etiam hoc Cn. nostrum cōmissurum, vt domitium
 relinquat. Et si Brudusium Scipionem cum co-

LIBER

hortibus duabus præmiserat, legionē Fausto cōscri-
pta in Sicilia sibi placere à Coss. duci, scripserat ad
Coss. Sed turpe Domitiū erit deserere implorantē
eius auxilium: & q̄dam spes mihi quidē nō magna
sed in his locis firma. Afranium in Pyreneo cū Tre-
bonio pugnassee, pulsū Trebonium etiā Fabiū tuū
transisse cum cohortibus sūmā autē Afraniū cum
magis copiis aduentare. Id si est, in Italia fortasse
manebitur. Ego autē, cum esse incertum iter Cæ-
saris, qd̄ vel ad Capuam, vel ad Luceriā itur⁹ puta-
batur. Leptā ad Pōpeiū misi & literas, ipse ne quō
inciderē, reverti Formias. Hæc ut scire volui, scripsi
q̄z sedatiore animo, q̄z proximē scriberā, nullū meū
iudiciū interpones, sed exquirens tuum Vale.

M. T. Cicero Dollabellæ Cos. S. Att. 14 13.

ET si cōtentus eram mi Dollabella tua gloria,
satisq̄ ex ea magnā lætitiā, voluptatēq̄ ca-
piebam, tamē nō possū nō cōfiteri, cumulari mema-
oimo gaudeo, qd̄ vulgo hominū opinio sociū me
ascribat tuis laudibus. Nemine cōueni: cōuenio au-
tem quotidie plurimos. Sunt enī per multi optimi
viri, qui valetudinis causam in hæc loca veniāt pre-
tereā ex municipiis, frequentes necessarij mei, qui
ōnes, cū te sūmis laudibus ad cælū extulerūt, mihi
cōtinuō maximas grās agunt. Negant enī se dubita-
re, quin tu meis præceptis & cōsiliis obtēperās, ps-
tantissimū te ciuē, & singularē Coss. p̄beas. Quib⁹
ego, quinquā verissimē possim respondere, te, quæ

TERTIVS

facias. tuo iudicio & tua spōte facere, ne cuiusquā
 egere cōsilio, namē neq; planē assentior, ne iminuā
 tuā laudē, si ōnis à meis cōsiliss p̄fecta videatur ne
 q; valde nego. Sum enim audior etiam, quā satis est
 gloriæ: & tamē nō alienum ē digni tate tua, quod
 ipsi Agamenoni Regi Regum sui honestum, aliquē
 in consilijs capiendis. Nestorem habere: mihi vero
 gloriosum, te iuuenem Cos. florere laudibus, quasi
 alumnū disciplinæ meæ. L. quidē Cæsar. cum ad eū
 ægrotum Neapolim venissem, quāquā erat oppres-
 sus totius corporis dolorib⁹, tamē antē q; me pla-
 nē salutauerit. O mi Cicero, inquit, gratulor tibi
 cum tamem vales apud Dolabellam, q̄ntum si ego
 apud Sororis filium valerē, iam salui esse possemus
 Dollabellæ vero tuo. & gratulor, & grās ago, quē
 quidē potest te cōsulē solum possū vere cōsulē dice-
 re. Deinde multa de facto, ac de re gesta: tum nihil
 magnificenti⁹, nihil p̄claris actum vnq; nihil rei
 pu. salutarius testatus est, atq; hęc vna vox ōnium
 est A te autē peto, vt me hanc, quasi falsam hæredi-
 tatē aliene gloriæ, finas cernere, meque aliqua ex
 parte in societate tuarum laudum venire patiare.
 quamq; mi Dolabēlla (hęc enim iocatus sum) libē-
 tius omnes meas, si modo sint aliquę meæ laudes,
 ad te transtulerim, quam aliquam partem exhaufe-
 rim ex tuis. nā cum te semp̄ tantum dixerim, quam-
 tum tu intelligere potuisti, tū ijs factis sic incensus
 sum, vt nihil vnquam in amore mihi fuerit arden-

LIBER

rius. Nihil est enim (mihi crede) virtute formosius nihil pulchrius, nihil amabilius. Sæpe amavi, ut scis M. Brutum, propter eius sumum ingenium, suavissimos mores, singularè probitatè, atque cõstantiam tamè Idibus Martij tantum accessit ad amorem ut miraretur locum fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridè cumulatè etiam videbatur. Quis erat, qui putaret ad eum amorè, què erga te habebam posse aliquid accedere? tantùm accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antè dilexisse. Quare quid est, quod te hortet, ut dignitati, & gloriæ seruias? Proponà tibi claros viros, quod facere solèt, qui hortantur? Neminè habeo clariorem, quàm te ipsum. Te imitere oportet, tecum ipse certes, ne licet quide tibi iam tantis rebus gestis, non tui similè esse, Quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis utendum est. Contigit enim tibi, quod aut scio, an nemini, ut summa severitas animauertionis, non modo non inuidiosa, sed popularis esset, & cum bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisse gratularer felicitati tuæ, sed contigit magnitudine tum animi, tum etiã ingenij, atque cõsiliij. Legi enim cõcionè tuã, nihil illa sapientiù ita pedere mecum tum accessus à te ad causam facti tum recessus, ut res ipsa maturitatè tibi animauertè di omnium cõsensu dare. Liberasti igitur & urbè periculo, & ciuitatè metu. Neque solum ad tempus maximã utilitatè attulisti, sed etiã ad exemplũ. Quo factò

TERTIVS

intelligere debes, in te positam esse Remp. tibi que
 nō movō tuendos, sed etiam ornandos illos viros,
 à te, quibus initium libertatis profectū est. Sed his
 de rebus coram plura propediē, ut spero, tu, quoni-
 am reimp. nosq; cōservas, fac ut diligentissimē te
 ipsum mi delabella custodias. Vale.

M. T. C. BRVTO. S. B. 3.

NOstræ res meliōs loco vicebantur. Scripta
 enī ate certō scio, quæ gesta sunt, quales ti-
 bi sæpe scripti Cōsules, tales extiterunt. Cæsar is ve-
 rò pueri mirifica indoles virtutis, utinā tam facilē
 eum florentem & honorib⁹, & gratia regere, ac te
 possimus, quā facilē adhuc tenuimus. Est omninō
 illud difficilius, sed tamē nō diffidimus. Persuasum
 est enim adolescenti, & maximē per me, eius opera
 nos esse saluos. & certē, nisi s Aotonium ab vbe
 auertisset, periissent omnia. Triduo vere, aut qua-
 triduo ante hanc rē pulcherrimā, timore quoddam
 percussa ciuitatis toto ad te secū cōinngibus, & li-
 beris effundebat: eadē recreta, ad xij. Cale. Māij te
 huc venire, quam se ad te irē malebat. quo quidem
 die magnorū meorū laborū, multarūq; vigiliarum
 fructum cepi maximū, modo est aliquis fructus ex
 solida, veraq; gloria. Nā tāæ multitudinis, q̄ntam
 capit vrbs nra, cōcursus est ad me factus, ea cū vsq;
 in Capitoliū deduct⁹ maximo clamore, atq; plau-
 su in rostris collocatus sū. Nihil est in me inane, ne-
 q; enim debet, Sed tamen omnium ordinū consen-

LIBER

fus, gratiã actio. cõgratulati oq3 me cõmouet p̄p
 terea, quod populare me esse in populi salute præ
 clarum est Sed hec te malo ab alijs audire, me veñ
 de tuis rebus, cõsilijsq3 faciã diligētiss. me certiorē
 Illudq3 cõsideres, ne tua liberalitas dissoluitior vide
 atur. Sic sentit Senatus, sic popul⁹ Roman⁹, nullos
 vnqua n hostis digniores omni supplicio fuisse, q̄3
 eos ciuis, qui hoc bello cõtra patriam arma cepe
 runt, quos quidem ego omnibus sententijs vltior
 & persequor, omnibus bonis approbantibus. Tu
 quid de hac re sentias, tui iudicij est. Ego sic sem
 tio, trium fratrum vnam & eadem esse causam Cõ
 sules duos, bonos quidem, sed duntaxat bonos
 amissimus Hircius quidem in ipsa victoria occidit
 cum paucis diebus magno p̄lio ante vicisset, Nã
 Pansa fugerat vulneribus acceptis, quæ ferre non
 potuit. Reliquias hostium Brutus persequitur, &
 Cæsar. hostes autē omnes iudicati, qui M. Antonij
 sectam secuti sunt. Itaq3 id senatusconsultũ, pleriq3
 interpretantur etiam ad tuos, siue captiuos, siue de
 ditios pertinere. Equidem nihil desserui durius, cũ
 nominatum de C. Antonio decernerem, quod ita
 statueram à te cognoscere causã eius senatũ oport
 ere. x. Calend. Maij.

M. BRVTVS M. T. CICE

RONI. S. B. 4.

Q Vanta sim læticia affectus cognitis reb⁹ Bruti
 nostri, & consulum, facilius est tibi existima

TERTIVS

re, quam mihi scribere cū alia laudo, & gaudeo acci-
 disse, tū quod Bruti eruptio nō solum ipsi salutaris
 fuit, sed etiam maximo ad victoriā adiuuēto. Quod
 scribis trium Antoniorū vnam, atq; eādē causam
 esse, quid ego sentiam mei iudicij esse statuo nihil
 nisi hoc Senatus, aut popu. Rom. iudiciū esse de his
 ciuibus, qui pugnantes nō interierint. At hoc ipsū
 inquires iniquē facis, qui hostilis animi in Rep. ho-
 mines ciueis appelles, imō instissime. Quod enī nō.
 dum Senatus censuit, nec pop. Rom. iussit, id arro-
 ganter nō pre iudicio, neque reuoco ad arbitriū
 meum Illud quidē nō muto, quod ei, quē me occi-
 dere res nō coegit, neq; crudeliter quicquā eripui,
 neq; dissolute quicquam remisi, habuiq; in mea po-
 testate, quod ad bellū fuit, multo quidē honestius iu-
 dico, magisque quod cōcedere possit Resp. miseroc-
 rum fortunam nō in septari, q̄q; infinita tribuere po-
 tentibus quæ cupiditatē, & arrogantiam incēdere
 possint. Qua in re Cicero vir optime, ac fortissime
 mihiq; merito & meo nomine, & Reip. charissime
 nimis credere videris spei tuæ, statimq; vt quisquæ
 aliquid recte fecerit, omnia dare, ac permittere, q̄ si
 nō liceat traduci ad mala cōsilia corruptum largitio-
 nib⁹ animū. Quare tua est humanitas, equo animo
 te moueri patieris, præsertim de cōmuni salute: fa-
 cies tamen quod tibi visum fuerit etiam ego cū me
 docueris. Nunc Cicero, nunc agendum est, ne fru-
 stra oppressum esse Antonium gauisi simus, neu tē-

LIBER

per primi cuiusque mali excidendi causa sit, ut aliud renascatur illo peius. Nihil iam neque opinantibus, aut patientibus nobis aduersi euenire potest. In quo non cum omnium culpa, cum præcipue tua futura sit. cuius tantam authoritatem Senatus, ac populum Roma, non solum esse patitur, sed etiam cupit quanta maximè in libra ciuitate vnus esse potest, quam tu non solum bene sentiendo, sed etiam prudenter tueri debes. Prudentia porro, quæ tibi super est, nulla abs te desideratur nisi modus intribuendis honoribus. Alia sic abundè adsunt, ut cum quolibet anticorum comparari possint tuæ virtutes. Vno hoc grato animo, liberalique profectum cautiorem ac moderationem liberalitatem desiderat. Nihil enim Senatus cuiquam dare debet, quod male cogitantibus exemplo, aut præsidio sit. Itaque timeo de consulato, ne Cæsar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, quam inde, si Cõsul factus sit, descensurum. Quod si Antonius ab alio relictum regni instrumentum, occasionem regnandi habuit, quoniam animo fore putas, si quis authore non tyranno interfecto, sed ipso Senatu putat se imperia quælibet concupiscere posse? Quare tum & facilitatem & prouidentiam laudabo tuam, cum exploratum habere Cœpero Cæsare honoribus, quos acceperit, extra ordinarijs, fore, contentum. Alienæ igitur, inquires, culpæ me rerum facies? prorsus alienæ, si prouidere potuit, ne existeret quod utinam in-

TERTIVS

pectare possis timorem de illo meū. His literis scrip-
tis, te consulem factum audivimus. Tum ve-
rò incipiam proponere mihi rem iustam
& iam suis nitentem viribus, si istuc
videro. Filius valet, & in Mace-
doniam cum equitatu præ-
missus est. Idus Maijs
excastris

FINIS



Poterit mandare tipys, 6.5.

Frey Manoel da veyga

